



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vom Lobe des alten Sachsens, nun Westfalen genannt

Rolevinck, Werner

Köln, 1865

Capitulum 6. De victoria Saxonum habita contra Anglicos. / Capitel 6. Von dem Siege der Sachsen über die Engländer.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9126

Sed ut ad nostrum propositum redeamus, ostendere aliquantulum restat, qualiter saepe dictum servitium Westphali a diebus antiquis soliti sunt ceteris provinciis impendere, et quia suprema necessitas in bellicis negotiis copiosius experitur, ideo quales antiqui Saxonas reperti sint in huiusmodi, iam pauculis explanabo.

Capitulum VI.

De victoria Saxonum habita contra Anglicos.

Tempore Theodosii secundi circa annum domini CCCCXX rex Britanniae, id est Angliae, gravissimum dissidium cum suis incolis habuit, quod illic novum non erat. Irruentibus ergo fortiter Britonibus rex nullum paene habuit suffragium nisi aliunde quasi divinitus missum. Et ecce subito et insperate phalerata cohors iuvenum anglicis littoribus applicuit faciemque regis summo concupivit aspicere ac eius praesentiae assistere. Admissi ergo solo tenus adorare regem, prout moris est, coeperunt, ac deinceps causam sui adventus propalare, si tamen hoc regiae maiestati gratum foret. Annuente rege unus eorum proloquens ait: Pacifici venimus ad terram tuam, serenissime princeps, tecum habitare cupimus et honeste vitam transigere; nostra enim regio longe ultra quam nutrire potest homines generat, et idcirco legaliter emissi huc nos sors adduxit, ut, si celsitudini tuae non adversum videtur, nostro contubernio ad placitum perfruaris. Sin autem, dic servis tuis ut eamus sive ad dextra sive ad sinistra. At rex: De qua gente estis et cuius religionis? Respondit qui supra: Saxonia nos transmisit, ubi hic mos servatur, ut, cum abundantia hominum excreverit, totius provinciae iuvenes conveniant sortes a principibus accepturi, qui potius egredi debeant, aliunde sibi victum quaesituri. Hac ergo honesta necessitate comprehensi sedes quae-

Um jedoch wieder zur Sache zu kommen, ist noch übrig, einigermaßen zu zeigen, wie von alten Zeiten her die Westfalen anderen Nationen die mehrerwähnten Dienste zu leisten gewohnt gewesen sind, und weil die höchste Noth am häufigsten in Kriegsfällen eintritt, so will ich jetzt in Kürze auseinandersetzen, wie die alten Sachsen in dieser Hinsicht sich gezeigt haben.

6. Kapitel.

Von dem Siege der Sachsen über die Engländer.

Zur Zeit Theodosius des zweiten, um das Jahr des Herrn 420, hatte der König von Britannien oder England einen sehr schweren Streit mit seinen Unterthanen, was dort nichts neues war. Als nun die Britten ihn hart bedrängten, hatte der König fast keinen Beistand, als der ihm von auswärts, wie von Gott gesandt, kam. Da siehe, auf einmal und ungehofft, landete eine schmutze Schaar von Jünglingen an der englischen Küste und wünschte den König zu sehen und vor ihn zu kommen. Borgelassen beugten sie sich vor dem Könige zur Erde und erwiesen ihm die übliche Ehre und eröffneten ihm, warum sie kämen, wenn es anders der königlichen Majestät lieb wäre. Da der König dies bejahte, nahm einer das Wort und sprach: „Friedlich kommen wir in dein Land, durchlachtigster Fürst, und wünschen bei dir zu wohnen und uns redlich durchzubringen, denn unser Land hat weit mehr Menschen, als es zu nähren vermag, und deswegen gesetzlich entsendet hat uns das Geschick hieher geführt, damit du, wenn es deiner Hoheit nicht zuwider ist, dich nach Wohlgefallen unserer bedienst; wo nicht, so sag' es deinen Knechten, und wir wollen dann weiter ziehen.“ Da fragte der König: „Von welchem Volke seid ihr und von welcher Religion?“ Jener antwortete: „Sachsenland hat uns herübergesendet, wo es, wenn die Bevölkerung zu hoch gestiegen, Gebrauch ist, daß die Jünglinge aus dem ganzen Lande zusammenkommen und auf Befehl der Fürsten darum losen, welche von ihnen auswandern und anderwärts

rimus, ubi mortale hoc spatium solito more peragamus. Si vero de religione quaeritur, noveris nos iuxta morem paternum solem adorare. Heu! ait rex, errorem detestor, sed de adventu vestro et corporum forma plurimum exulto. Disceptatio mihi gravis est cum populo meo, et opus habeo adiutorio alieno. Si igitur placet adversarios debellare, gratissimi mihi eritis in sempiternum.

At illi cum audissent opinionem belli, promptiores esse coeperant et pro suo modulo sponserunt quidquid sors subministraret. Ventum est ad conflictum, et victoria competens Saxonibus provenit inopinata. Commoti Britones agmen grande fecerunt, Saxonibus comminantes, nisi a terra recederent, statim virtutem eorum experiri. Videntes Saxones se numero brevi adversariosque copiosos, plus sapientia eos aggredi quam fortitudine temptarunt. Habuerunt ergo hanc vel consimilem orationem ad ipsos: O incliti Britones cunctis seculis splendidi, vestra nos fama huc attraxit. Nos vestram insulam ingressi nihil nisi quod honestum est molimur. Unicum malum vos molestat, nostrae licet provinciae sterili inauditum, inobedientia videlicet ad principem. Hanc nihil nisi petulantia parturivit, hanc nihil nisi pauperies extremo absolvit. Deponite, quaesumus, ineptum propositum et periculosum conatum vestrum, et nos in servos suscipite. Si autem, quod vestrae prudentiae absonum suspicamur, hoc quaecumque nostrae simplicitatis consilium abieceritis et nostram legalem conditionem aliqua violenta maculaveritis eiectione, ex tunc sciatis quod nos, vestros famulos, dehinc aut graves hostes aut perpetuos dominos sentietis.

Sed uti moris est nonnullis, nequaquam praebuerunt aurem aequissimis consiliis. Rege igitur contristato fideles advenas plebs indocta fugavit, sed non ad sapientiam sibi. Nam redeuntibus Saxonibus ad suos singulaque narrantibus quae sibi acciderant,

ihr Fortkommen suchen sollen. Das Loos hat uns getroffen, und so suchen wir Wohnsitze, wo wir das kurze Leben in gewohnter Weise verbringen können. Fragst du nach unserer Religion, so wisse, daß wir nach unserer Weise die Sonne anbeten.“ „Wehe! sprach da der König, den Irrglauben verdamme ich, euere Ankunft aber und euer Aussehn gefällt mir gar wohl. Ich habe schweren Streit mit meinem Volke und bedarf fremder Hülfe. Wenn ihr also meine Gegner bekämpfen wollt, so sollt ihr mir für immer willkommen sein!“

Als aber jene von Krieg gehört, da wurden sie guter Dinge und versprochen, was in ihren Kräften stände zu thun. Es kam zu einer Schlacht, und den Sachsen wurde gegen Erwarten ein ehrenvoller Sieg zu Theil. Erzürnt brachten die Britten ein großes Heer zusammen und drohten den Sachsen, wenn sie nicht ihr Land verließen, sollten sie alsbald ihre Tapferkeit verspüren. Da nun die Sachsen einsahen, daß ihrer wenige, die Gegner aber zahlreich waren, suchten sie ihnen mehr durch List als Tapferkeit beizukommen. Sie hielten daher etwa folgende Rede an dieselben: „Der Ruf von euch, ihr edelen zu allen Zeiten ruhmreichen Britten, hat uns hieher geführt. Euer Land betretend suchen wir nichts, als was recht ist. Nur eins lastet auf euch, was in unserem obwohl unfruchtbaren Vaterlande unerhört ist, nemlich Ungehorsam gegen das Oberhaupt. Diesen hat Uebermuth erzeugt, ihn wird nur die äußerste Armuth endigen. Gebt also, wir bitten euch, euer ungeeignetes und gefährliches Wagniß auf und nehmet uns als euere Diener an. Wosern ihr aber, was wir euerer Klugheit nicht für angemessen halten, diesen unseren wohlgemeinten Rath verwerfet und unserem redlichen Vorschlag durch eine gewaltsame Vertreibung Hohn sprechen möchtet, dann sollt ihr wissen, daß ihr, statt Diener, künftighin bittere Feinde und immerwährende Herren an uns finden werdet.“

Doch wie es manchmal geht, sie gaben so billigen Vorschlägen kein Gehör. Zur großen Betrübniß des Königs verjagte das unweisende Volk die treuen Ankömmlinge, aber nicht zu seinem Nutzen. Denn als die Sachsen heimkehrten und alles erzählten, was ihnen be-

per cunctos gravis indignatio succrevit. Magna proinde fiducia Saxonibus accessit, quod rex Britonum in nullis sic confidebat, uti in ipsis, in quos omni hora veluti suos liberatores et sponsores anxia mente manebat. Denique consilium proceribus fuit, ut virginem pulcherrimam, Engelam nomine, filiam ducis Engarie, ut quibusdam placet, regi desponsandam, a qua tota insula ex tunc nomen accepit, comptius ornarent totisque viribus ad regis iniuriam ac suam turpem eiectionem illic vindicandam reintrent. Oblata ergo virgine cum robore ducum et militum caterva, nihil iam sub coelo rex tam gratum suscepit. Renata est sponsa feliciter fonte baptismatis et in coniugium regis iuxta magnificentiam principalem assumpta. Iam Saxonibus res pro animo erat et conflare fortiter donec totam insulam dominio proprio subiugarent. Factum est ita, et duravit dissidium istud ultra ducentos annos. Tempore enim Sergii papae expulsi sunt Britones de sedibus suis et coepit Britannia vocari insula Saxonum ad tempus. Praevaluit tamen titulus praefatus, ita ut usque in praesens vocetur Anglia. Et hoc iam tertio nomen mutavit. Nam primo, scilicet ante tempus David, dicebatur Albion, deinde a Bruto Troiano qui eam bellando cepit, vocata est Britania, nunc vero Anglia dicitur. Hoc idem testatur beatus Gregorius, qui sedit circa annos domini Dc, quando occasione bellorum praedictorum magna pars insulae eiusdem in idolatriam corruit. Ait enim de incolis eius: Bene anglici vocati sunt, quod angelicos vultus habent. Misit quoque Augustinum cum aliis sanctis viris ad eos convertendos et surgit stirps regum sanctissima in Anglia, quae adeo crevit in longinquum, ut nusquam legerim plures sanctos reges. Sic duplici gratia Saxones dotati sunt, ut et temporaliter et spiritualiter glorificarentur. Oswaldus rex operibus misericordiae deditus fuit, de his Judocus, Elfredus, Elchescamus, Edgarus, Eduardus et alii plures cum prolibus suis.

gegnet war, erhob sich bei allen ein gewaltiger Unwille. Die Sachsen aber hegten großes Selbstvertrauen, da der König der Britten auf Niemand so sehr, wie auf sie, haute, die er als seine Befreier und Stützen sehnsüchtig erwartete. Zuletzt beschloßen die Vornehmen, eine außerordentlich schöne Jungfrau, Engela mit Namen, Tochter des Herzogs von Engern, wie einige glauben, dem Könige als Braut zu verloben, nach welcher später die ganze Insel England benannt wurde, schmückten dieselbe herrlich und zogen mit gewaltiger Heeresmacht wieder dahin, um das Unrecht gegen den König und ihre schmachvolle Verjagung zu rächen. Nichts unter dem Himmel war dem Könige willkommener, als die Ankunft der von tüchtigen Feldherren und einer Schaar von Kriegern begleiteten Jungfrau. Die Braut wurde glücklich durch das Wasser der Taufe wiedergeboren und vom Könige mit fürstlicher Pracht als Gemahl angenommen. Das ermutigte die Sachsen tapfer zu kämpfen, bis sie die ganze Insel unter ihre Herrschaft brachten. Das geschah also, und es dauerte der Zwiespalt über zweihundert Jahre. Zur Zeit des Papstes Sergius wurden die Britten aus ihren Sizen verjagt und Britannien wurde eine Zeit lang Insel der Sachsen genannt. Doch behielt vorerwähnter Name die Oberhand, und so heißt es bis jetzt England. So wechselte es schon zum dritten Male den Namen. Zuerst, vor David's Zeiten, hieß es Albion, dann wurde es vom Trojaner Brutus, der es eroberte, Britannia genannt, jetzt aber heißt es England. Das bezeugt auch der h. Gregorius, der um das Jahr des Herrn 600 Papst war, als bei Gelegenheit vorbenannter Kriege ein großer Theil dieser Insel wieder in's Heidenthum verfallen war. Er sagt nämlich von den Bewohnern: „Bezeichnend nennt man sie Engelländer, weil sie Engelsgesichter haben.“ Auch entsendete er den Augustinus mit andern heiligen Männern zu ihrer Bekehrung, und es erstand in England ein sehr heiliger Königsstamm, der mit der Zeit so wuchs, daß ich nirgends von so vielen heiligen Königen gelesen habe. So wurden die Sachsen zwiefach begnadigt und in weltlicher wie in geistlicher Hinsicht verherrlicht. König Oswald besleißigte sich der Werke der Barmherzigkeit, ferner auch Judocus, Elfred, Elthescam, Edgar, Eduard und andere mehr mit ihren Nachkommen.

Puto antiquam Saxoniam nostram, id est Westphaliam, occasione britannicorum praeliorum nobilibus Macedonibus vacuatam fore, et est ista quarta peregrinatio ipsorum famosa. Nam primo de Macedonia in Asiam, secundo de Asia in Europam germanicam, id est Holsten, tertio dehinc in Westphaliam, quarto in Britanniam. Tenuerunt autem sceptrum Angliae ad annos domini MLxx vel quasi, et tunc Wilhelmus comes Normannorum interfecto Araldo regnavit pro eo. Quod autem nobiles Saxones transfretarent in Angliam, ex hoc patet, quod duo filii ducis cum sorore sua praefata aut nepte perrexerunt cum turba illa, et continue bellatum fuit per annos plures contra reges fortissimos et ideo totum robur provinciae illic concurrat, donec tandem de omnibus triumpharent. Hoc videtur sentire Beda, qui dicit, quod ante tempus Karoli magni Saxones non habebant regem, ut infra dicitur. Etiam nusquam legi, quod de post unquam Saxones isti sive Westphali tali modo per turmas exissent de patria et alibi guerras suscitarent.

Haec igitur aut similia repperi de isto processu Saxonum ad Angliam, de quibus, si cui placet, poterit plenius videre in historiis anglicanis. Ea autem, quae coniecturaliter posui, ob defectum librorum provinciae nostrae, si quis aliter repperit, dignetur quae dicta sunt ad certitudinem historiam revocare. Omnia enim haec sunt vetera verba et de rudibus temporibus loquuntur, in quibus vix pauca audivimus relatu digna. Sed nunc de certioribus loquamur et ad salutem magis accommoda.

Bei Gelegenheit der brittischen Kriege mag wol unser Sachsenland oder Westfalen von edelen Macedoniern entleert worden sein, und ist dies ihre vierte berufene Wanderung. Zuerst nemlich aus Macedonien nach Asien, dann aus Asien in's germanische Europa, nach Holstein, drittens von dort nach Westfalen und viertens nach Britannien. Sie behielten aber Englands Scepter bis um das Jahr des Herrn 1070, wo Graf Wilhelm von der Normandie nach Ermordung Haralds anstatt dessen die Regierung bekam. Daß aber edele Sachsen nach England überschifften, erhellt daraus, daß zwei Söhne des Herzogs nebst ihrer vorgenannten Schwester oder Nichte mit jener Schaar zogen, und da lange Jahre anhaltend gegen die so tapferen Könige gekämpft wurde, wandte sich der ganze Adel der Provinz dorthin, bis sie endlich über alle triumphirten. Dies scheint Beda zu meinen, da er sagt, vor Karl's des Großen Zeit hätten die Sachsen keinen König gehabt, wie unten berichtet werden soll. Auch habe ich nirgends gelesen, daß später jemals diese Sachsen oder Westfalen also in Schaaren ausgewandert wären und auswärts Kriege geführt hätten.

Dies und ähnliches habe ich über jenen Zug der Sachsen nach England gefunden; wer mehr darüber zu erfahren wünscht, kann es in englischen Geschichtswerken finden. Was ich aus bloßer Muthmaßung geschrieben habe, weil es an Büchern über unser Land fehlt, mag der, welcher es anders findet, bessern und auf historische Gewißheit zurückführen. Denn alles das sind alte Berichte, die von rohen Zeiten handeln, über die ich nur wenig Denkwürdiges vernommen habe. So will ich denn jetzt von gewisserem und dem Seelenheile zuträglicherem reden.